



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Hilaria, siue Evphronae Pantheae

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1422

LXII. Ioan. Ludouico Hainzelio Patr. August.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12386

Qui benè numen amat, benè credit hic, & benè spe-
Spes homines seruat nempe, fidesq̄ beat. (rat:

LXI.

Ad Georg. VVirthum Med.

Aegrum si medicus cessat curare, GEORGI,

Desperat, medici par quoque cura Dei est.

Quos amat, hos curat: quos curat, visitat: & quos

Visitat, affligit sic, cruciatque Deus.

Segnius hos curat, quos odit: parcit eisdem,

Supplicio pœnas vt grauiore luant.

Iudicat at sanctos hic, ne malè iudicet illic:

Sed plena secum prosperitate beet.

LXII.

Ioan. Ludouico Hain-

zelio Patr. August.

Quis poterit cœlum pariter, terramque tueri?

Sic mundi simul haud est amor, atque Dei.

LXIII.

Ad Abrahamum Caz-

beggium à Turenstain.

Quò melior cunctis Deus est, plus debet amari:

Qui bona quærit, amet sic, ABRAHAME,

(Deum.

LXIV.

B 5 Ad